UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolvtio Lvtheriana Svper Propositione Sva Tercia Decima De Potestate Papae

Luther, Martin

[Wittenberg], [1519]

VD16 L 5783

De Priore prius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32433

Visual Library

ſchiſmaticis efficaciter reſiſti poſſit. Deinde oſtendā, ꝙ nihil faciant decreta & ꝓbationes, quib⁹ hucuſq; nixi fuerūt, qui eundem primatū ſtatuerunt.

De Priore prius.

Primū, quod me mouet Ro: pontificē eſſe alijs om̄ib⁹, quos ſaltem nouerimus ſe pontifices gerere, ſuperiorē. eſt ipſa voluntas dei, quā in ipo facto videmus, Neq; em̄ ſine volūtate dei, in hanc monarchiā vnq̄ venire potuiſſet Ro: pontifex. At volūtas dei, q̄ quo mō nota fuerit, cū reuerentia ſuſcipienda eſt, Ideoq; non licet temere Rho: pontifici in ſuo primatu reſiſtere. Hęc aūt ratio tāta eſt, vt ſi etiā nulla ſcriptura, nulla alia cauſa eſſet, hęc tn̄ ſatis eſſet ad compeſcendā temeritatē reſiſtentiū, & hac ſola ratione glorioſiſſimus martyr Cyprianus, per multas ep̄las confidentiſſime gloriat̄ contra om̄es Epoꝝ quorūcūq; aduerſarios, ſicut. iij. Re: legimus. Q decem tribus Iſrael diſceſſerūt a Roboam filio Salomonis, & tn̄ quia volūtate dei, ſine autoritate factū eſt, ratū apd̄ deū fuit.

Nam & apud theologos om̄s, volūtas ſigni, quā vocant opationē dei, nō minus q̄ alia ſigna volūtatis dei, vt p̄cepta, ꝓhibita &c̄. metuenda eſt. Ideo non video, qūo ſint excuſati a ſchiſmatis reatu, qui huic volūtati contrauenientes ſeſe a Rho: pontificis autoritate ſubtrahūt. Ecce hęc eſt vna prima mihi inſupabilis ratio, q̄ me ſubijcit Ro: pontifici, & primatū eius cōfiteri cogit.

Secūda. Si iuxta p̄ceptū Chriſti cedere aduerſario iubemur, & qui angariarit nos mille paſſus, eundū eſt cū eo & alijs duobus millibus, q̄to magis, ſi Ro: Pontifex exegerit in ſuo principatu, cedendū, ſiue id iuſte ſiue iniuſte egerit. Nam incōpabiliter minor res eſt, principatus iſte, q̄ vt vnitas & charitas & humilitas propter ipam per nos diſſoluatur. Ideo nō dubito peccare eos, qui in diſſenſionē ſeſe tradūt, & ſpūs ęternā vnitatem, ꝓpter hāc tpalem terrenam excellentiā fugiendā diſſoluūt, ferenda em̄ ſunt om̄ia, quę peccata non ſunt.

Tercia. Qđ ſi ꝓpter peccata nr̄a, nos deus voluerit premere multis principibus, ſicut in ꝓuerbijs dicit Salomō, Nūq̇d reſiſtēdū eſt flagello dei: ꝓpter peccata (inquit) populi, multi principes eius. Proinde, qn̄ nr̄m nō eſt diffinire, irata ne an ꝓpitia voluntate deus, nobis quoſcūq; principes dederit, hoc nr̄m eſt, volūtatē ei⁹ pio, ſimpliciq; timore ſuſcipere. Quo mō etiam ſi ſub Turca nos eſſe vellet, Turco ſubeſſe libentes deberemus.

Quarta. Ro: xiij. Ap̄lus dicit. Om̄is aīa poteſtatib⁹ ſublimioribus ſubdita ſit, nō em̄ eſt poteſtas, niſi a deo, Quæcūq; aūt a deo ſunt, ordinata ſunt, Itaq; qui reſiſtūt poteſtati, dei ordinationi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſiſtunt, qui aũt deo reſiſtunt, ipſi damnationẽ ſibi acquirunt.
Hac certe oĩm robuſtiſſima, q̃tũ ego capio, cauſa nos Ro: Pon-
tifici ſubiecti ſumus. in qua clare aſſerit, Nullam poteſtatem ne eſſe
quidẽ poſſe, niſi a deo. Cũ aũt Ro: pontificis poteſtas iam ſit ro-
buſtiſſime ſtabilita, vt videmus, certe oportet dei ordinationẽ hãc
nõ impugnare, Sed ꝗ̃tacq̃ꝫ ta eſt, humiliter ſuſtinere, etiã ſi iniuſta
eſſet, & iudiciũ deo relinquere.

Quinta. Eſt beatus Petrus docens, vt ſubditi ſimus omĩ hu-
manę creaturę, q̃a ſic eſt volũtas dei. At humanã creaturã vocat,
magiſtratus hoĩm arbitrio inſtitutos, vt clarũ eſt ex ſequentibus,
vbi dicit, ſiue regi tanq̃ ꝓcellenti, ſiue ducibꝰ, tanq̃ ab eo miſſis.
Cũ autem & Ro: pontificis poteſtatem arbitremur, humano de-
creto ſtatutã, & ordinante deo ſic roboratam, ſine crimine nõ eſt,
qui ſeſe ſua autoritati ſubduxerit.

Sexta. Ad hoc facit vnus ille conſenſus oĩm fidelium, qui
hodie ſub Ro: pontifice ſunt, Nã cũ ptãs illa ſit res tp̃alis & longe
ſubmittenda vnitati fideliũ, non ſine fediſſimo crimine eſſe po-
terit. ſi propter rem tp̃alem, hunc tot fideliũ cõmunẽ ſenſum de-
ſpexerit, hoc eſt Chr̃m negauerit, & Eccleſiã contẽpſerit? An poſ-
ſibile eſt, Chriſtũ non eſſe inter tot ac tantos Chriſtianos? Si autem
Chriſtus ibi eſt, & Chriſtiani, cũ Chriſto & chriſtianis ſtandũ eſt in
quacũq; re, quę cõtra dei pręceptũ nõ fuerit. Hęc inq; ratio fortis
eſt, & inſolubilis, Et ex ħiſ poſſunt multę aliq; formari, quin huc ꝑt
vniuerſa ſcriptura duci, vt, q̃ vbiq;, charitatẽ, humilitatẽ, vnitatẽ
ſpũs, & timorem dei cõmendet, nõ violandas eſſe ꝑ vlla re mũdi,
nedũ pro vnius vno pontificatu vel primatu, etiã ſi ſolo iure hu-
mano eſſet inſtitutus, Et hac ratione, vt mihi videor, longe meliꝰ
ſtabiliretur Ro: pontificis monarchia, ſi volũtatem dei & conſen-
ſum fideliũ, nõ tm̃ ſubditi, ſed & Ro: pontifices attendere & timere
cogerẽtur, q̃ dũ velut iure diuino teneãt, vi & terrore extorquẽt.
nõ niſi odiũ ſibi accendunt in ſubditis, & ſeſe per ſecuritatem in
tyrannidẽ paulatim cõfortant.

De Poſteriore.

Q. probationes hucuſq; habitę nihil ſint, tripliciter oſtendã.
Primo ſcripturas aductas diſſoluendo. Secũdo Canonũ ſeu de-
cretaliũ inefficacem ꝓbationem. Tercio rõnes robuſtiſſimas addu-
cendo.

Ad primũ duę ſunt autoritates ſcripturę/quibus creditũ ẽ ſtabiliri primatus Ro: Eccleſię.

Primo adducitur illa autoritas Matt: xvi. Tu es petrus & ſuper

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN